



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censuris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



## TITVLVS VIII.

De Homicidio voluntario, vel casuali.

## SVMMARIVM.

- 1 Dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa, ad bigamiam, & homicidium voluntarium non extenditur.
- 2 Beneficium post irregularitatem obtentum, ut suum, nemo retinere potest.
- 3 Beneficium per superuenientem irregularitatem non vacat.
- 4 Irregularis in choro canere, & alia officia facere, quae laicus, potest.
- 5 Dispensatus generaliter eo, quod bello iusto interfuit, si aliter quomodo scilicet occidit, non dicitur dispensatus.
- 6 Irregularis an sit alium generaliter ad vindictam hortans, si sequatur homicidium.
- 7 Homicidium casuale ex ludo licito secutum, non facit irregularem.
- 8 Occidens citra modum inculpatam tutelam irregularis est sed non ex homicidio voluntario.
- 9 Monachus adiuuans chirurgum abscindentem membrum putridum non est irregularis.
- 10 Clericus etiam protestando, non potest ante sententiam agere ad capturam in furem rerum suarum, nisi sit fugitiuus.
- 11 Percussus percussorem detegens, si alter postea occidatur, quando irregularis.
- 12 Irregularis facit mors non intenta ex opere illicito in illam directo.
- 13 Pugnans in bello iusto, si per se non occidit, licet iuuerit, non est irregularis.
- 14 Occidens se defendendo, cui fuga fuisset de decore, non peccat, est tamen irregularis.
- 15 Irregulares sunt omnes rixam iniuste astantes, homicidio secuto.
- 16 Irregulares iuste occidentes, vel ad id adiuuantes.
- 17 Irregulares sunt comitantes executorem mortis sententiae.
- 18 Irregularis non est clericus bellans in bello iusto, in quo multi occiduntur ab alijs.
- 19 Irregularis ex homicidio voluntario fit, qui sine mandato iudicis Banniti occisores inuadit.
- 20 Irregularis non est, qui non impedit, cum posset, homicidium.
- 21 Irregularis non fit percutiens alium in facie, & perpetuo macula maneret.
- 22 Irregularis non est procurans abortum, nisi fatus sit animatus, & quando sit animatus.
- 23 Irregularis an censendus sit saltans cum praegnantem, abortu secuto.
- 24 Irregularis fit, qui est causa rixae, ex qua sequitur homicidium.
- 25 Irregularis fit, sed dispensabilis, mandans aliquem percuti baculo contra mortem, illa secuta.
- 26 Irregularis fit indispensabilis percutiens ense in capite etiam citra intentionem occidendi, morte secuta.
- 27 Irregularis est publicans alterius delictum, ob quod alter occiditur.
- 28 Irregularis est dispensabilis promittens defendere eum, qui se baculo vindicare intendens iniuriantem occidit.
- 29 Irregularis non est enses euaginatam bono animo tenens, dum frater suus alium occidit.
- 30 Irregularis est occidens inuaforem etiam cum moderamine, si culpa sua inuafus sit.

- 31 Dispensandi facultas generaliter concessa, excepto homicidio voluntario, & bigamia, non extenditur ad irregularitatem prouenientem ex homicidio iusto, seu mutilatione.
- 32 Irregularis, sicut ad beneficia, ad pensiones est inhabilis.
- 33 Sacerdos insequi potest malefactorem suum, & procurare ut capiat, sed non agere criminaliter.
- 34 Irregularis non est testis, cuius dictum non fuit causa sententiae mortis.
- 35 Irregularis non est clericus, iurisdictionem criminalem delegans.
- 36 Grauida non potest sine peccato permittere se se indi, ut sic puer possit baptizari.
- 37 Ignorantia iuris nec a peccato, nec ab irregularitate excusat sacerdotem occisionem etiam iustam opitulantem.
- 38 Rixante me cum aliquo pro materia pecuniaria, si tertius ob id aduersarium mutilet, vel occidat, an ego irregularis sim.
- 39 Moderamen inculpatam tutelam, secundum quid attenditur.
- 40 Adulterium cum uxore repertum an liceat occidere.
- 41 Aggressorem, ad mei necessariam defensionem, quando praeuire licet.
- 42 Irregularis est, qui domum ingressus ad adulterandum, se defendendo, alium occidit.
- 43 Dans consilium, & remedia ad abortum praegnantem, quae postea puerum bene natum occidit, an & quando irregularis efficitur.

## DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 38.

- 1 Dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa superioribus alicuius Congregationis, ad Bigamiam, & homicidium voluntarium non extenditur: quia insolita in generali concessione non veniunt ca. fin. de offic. vic. num 6. Et cum Papa huiusmodi facultatem suis Nuncijs & legatis a laeicis non concedat, nec summo Penitentiario, nec toti Sacrae Penitentiariae Praetorio, non censetur eam Praelatis religionis sub generali concessione concedere: cum agenda non fiat, quae non sunt verisimilia, cep. quia non est verisimile de praesumpt.

## DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 42.

- 2 Homicida, vel alius irregularis beneficium quaesitum post irregularitatem ante dispensationem obtentam, tamquam suum, nullo potest tempore sine peccato retinere: arg. cap. 1. de reg. iur. in 6. sicut nec fur villo potest temporalem furto subtractam tanquam suam retinere. cap. Saep. de restit. spol. eo quod praecipua negatiua semper, & ad semper obligant. ex S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 4.

## DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 43. &amp; etiam 14. de rescript.

- 3 Ante homicidium possidens canonicam ecclesiae collegiatae non sufficientem ad victum, & impetrans a Papa dispensationem obtinendi beneficium simplex non requirit ordinem, quod victui suo sufficeret, non facta mentione quod praefatam Canonicam haberet, valida est dispensatio: cum gratia ad beneficia victui necessaria, tacito beneficio quaesito non vitiaur; Rota in nouis. dec. 31. de rescript. Fel. in cap. postulat. tit. eodem. Nec per superuenientem irregularitatem vacat beneficium ante legitime quaesitum. cap. clericus. Ne cleric. vel monach. & cap. cum de concess. praeb. Nec ad illud retinendum opus est dispensatione, sed solum ad alia obtinenda.

DE.